

Marmoutier Cartulaire blésois, 163

Litigatum bis coram Theobaldo, comite blesensi, contra monachos, apud Cambonam villam, quam per innumera pene annorum curricula, monachi maioris monasterii iam antea tenuisse dicuntur in ea carta, pro flumine Sithiae et piscatione, quam duo successive milites ad se pertinere (dicebant), coram comite, et Andrea de Baldamento, eius dapifero, qui sententiam protulit. Testibus Hugone de Castro Theoderici, Goherio de Almeto, Hugone de Caluomonte. Actum anno incarnationis 1146, regnante Ludouico filio Ludouici rege francorum.